

9. **Physurus calophyllus**: aff. *Physuro elatiori* Rehb. fil. calcari clavato ovarium aequante, labello ligulato ante apicem constricto isthmo brevi angusto, partitione antica hastata acuta seu transversa, utrinque obtusa cum apiculo.

Specimina usque ultra pedalia. Folia distantia caulem calamum corvinum crassum vaginis amplexa, petiolata petiola angusto, cuneato oblonga acuminata superne pallide marmorata. Petioli prope pollicem, laminae usque pollices quatuor seu quinque longi. Pedunculus totus etiam intra flores minute puberulus. Vaginae ternae usque quaternae; oblongae acuminatae, pilosulae. Vagina infima apice herbacea, aliae totae submembranaceae, siccae rufulae. Bractee lanceolatae acuminatae flores subaequantes. Ovarium pedicellatum velutinum. Sepala ligulata obtuse acuta. Tepala angusta spatulata obtuse acuta. Labellum cuneato ligulatum, ante apicem plus minus constrictum, apice ipso unguiculatum, ante unguem transverse ligulatum cum apiculo in medio. Columna brevis. Rostellum pronum biaristatum. Pollinia sessilia in caudicula vaginante glandula lineari supposita.

Costa de Congo, zwischen Cari Blanco und San Brigen in Costa Rica.
6. 8. 1857.